

Ein Brief des Gegenpapstes Anaclet (II.).

Mitgetheilt von **Paul Maria Baumgarten.**

Anacletus II. monet universos clericos per Galliam, Burgundiam, Aquitaniam, Normanniam constitutos, ut schismaticos in concilio Canusino V. id. novembr. damnatos pro excommunicatis habeant. Ad terminandam ecclesiasticam controversiam diem statuit in apostolica sede kal. octobr. Quo si schismatici venire noluerint, se Ravennae sive Mediolani id exequi velle nunciat.

(1131?), Febr. 25 (Laterani?).

Anacletus ¹ episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus et filiis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis ², prioribus et universis clericis et omnibus ³ beati Petri fidelibus per Galliam, Burgundiam, Aquitaniam ⁴, Normaniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Notificamus dilectioni vestre, karissimi, de illis quondam fratribus, nunc autem scismaticis et ecclesie catholice inimicis, qui a nobis exierunt et ad vos confugerunt, ut eos pro excommunicatis habeatis et nullatenus eis communicetis, siquidem ⁵ iudicio apostolice sedis et totius orientalis ecclesie in concilio Canusino ⁶, quod ibi ⁷ Deo auctore cum omni orientali ecclesia v. idus nov. solemniter celebravimus, eos ⁸ excommunicavimus, quippe qui canonice admoniti resipiscere noluerunt. Set quia, prout audivimus, quosdam vestrum iam deceperunt et ab unitate ecclesie ⁹ falsis querimoniis dividerunt, nos in virtute ¹⁰ Spiritus Sancti de veritate et iustitia confisi, canonicum et ecclesiasticum iudicium cum eis iuxta actionem ipsorum atque nostram sumus subire parati, quod etiam iam olim ante presenciam ducis Apulie et totius orientalis ecclesie ipsi et nos pariter

1) 'A.' in L.; der vollständige Name in O. 2) 'prepositis' fehlt O.
3) 'clericis oi' (wohl für 'omnino') O. 4) 'Aquitaniam' fehlt O.
5) 'Si qui de' O.; 'Si quid' L. 6) 'Casunino' L. 7) 'ibi' fehlt O.
8) 'eo' O. 9) 'eccl. un.' O. 10) 'veritate' O.